# THE SARUM RITE

## Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.

Fasciculus 3.

Pages 140-169.

Proprium de tempore.

Adventus.

Dominica ij.

Ebdomada ij.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMVII.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, 45 Mercer Street, Dundas, Ontario, Canada L9H 2N8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: www.humanities.mcmaster.ca/~renwick/sarum-01.htm

This document first published July 1, 2007.
Revised December 2007, July 2008, April, 2011.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Govenment of Canada.

Web site address: www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2007.

## *[Pica de dominica secunda adventus.]*

𝔄. ❡ Littera dominicalis 𝔄. Tota cantetur hystoria. 2. vespere erunt de commemoratione et memoria de dominica et de sancta Maria cum hac antiphona *Ave Maria.* 20.

Feria 2. 3. et sabbato de commemorationibus.

Feria 5. de feria, ℟. de 1. nocturno, et missa de 4. feria.

Feria 6. dicuntur ℟. de [secundo][1] nocturno cum ℟. feriali : et epistola et evangelium ejusdem ferie.

𝔅. ❡ Littera dominicalis 𝔅. Tota cantetur hystoria et memoria de octava et de sancta Maria. Festum sancti Osmundi differatur in crastinum : vespere in dominica erunt de festo.

Feria 2. de sancto Osmundo, omnia de communi unius confessoris et pontificis.

Feria 4. 6. et sabbato de commemorationibus et missa de octava [sancti Andree][2] dicitur in capitulo. ℟. feriale pretermittatur.

ℭ. ❡ Littera dominicalis ℭ. Tota cantetur hystoria. Ad 1. vesperas que erunt de dominica fiat memoria de sancto Osmundo : de octava et de sancta Maria. Ad 2. vesperas que erunt de sancto Nicolao, memoria de dominica, de octava, et de sancta Maria cum antiphona *Ave Maria.* 20.

Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus et ℟. feriale pretermittatur.

𝔇. ❡ Littera dominicalis 𝔇. Totum de dominica, et festum sancti Nicolai differatur in crastinum nisi fuerit festum loci.

Feria 2. de sancto Nicolao, et memoria de octava [sancti Andree][3], [de adventu][4] et de sancta Maria cum missa de octava in capitulo.

Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus.

Feria 4. dicitur ℟. feriale cum missa ejusdem ferie.

Ubi festum apostoli [Andree][5] est festum loci, differatur festum sancti Nicolai ad 4. feriam.

𝔈. ❡ Littera dominicalis 𝔈. De servitio dominicali. Ad 1. vesperas, que erunt de dominica, fit solennis memoria de sancto Nicolao : de octava et de sancta Maria et missa de octava dicitur in capitulo. 2. vespere erunt de conceptione beate Marie : et solennis memoria de dominica tantum.

Feria 2. de conceptione. Ad 2. vesperas memoria de commemoratione et de adventu Domini solenniter.

Feria 3. 4. et 5. de commemorationibus.

Feria 6. dicitur ℟. feriale, Epistola et evangelium ejusdem ferie. [13r.]

F. ¶ Littera dominicalis F. Totum de dominica. Festum conceptionis differatur in crastinum.[6] Secunde vespere erunt de Conceptione et solennis memoria de dominica tantum.

Feria 2. de conceptione et solennis memoria de adventu tantum. Ad 2. vesperas de conceptione fiat solennis memoria de commemoratione et de adventu.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.

Feria 4. dicitur ℟. feriale et missa ejusdem ferie.

G. ¶ Littera dominicalis G. De servitio dominicali. Ad 1. vesperas, que erunt de festo, fiat solennis memoria de dominica tantum. Secunde vespere erunt de dominica et memoria de commemoratione et de sancta Maria cum antiphona. *Ne tímeas.* 88.

Feria 2. 3. et sabbato de commemorationibus.

Feria 4. de feria : ℟. de 1. nocturno.

Feria 6. de feria cum ℟. feriali. Epistola et evangelium ejusdem ferie.

# ℂ *Dominica secunda adventus Domini.*

## *Ad [j.] vesperas.*

*Ant.* Benedíctus. [350]. *Ps.* Ipsum. *ut supra in precedenti sabbato notatum est.* 8.

*Capitulum. Esaie* 4. [: 2.]

IN die illa erit germen Dómini in magnificéntia et glória, et fructus terre sublímis : et exultátio his qui salváti fúerint de Israel.

℟. Docébit nos. *viij.* 153.
*Hymnus.* Cónditor alme. 13.
℣. Roráte celi. 14.

AS:22; 1519:24r; 1531:13r.[7]

4195. Ant. VIII.i.




*Oratio.*

EXcita Dómine corda nostra ad preparándas unigéniti tui vias : ut per ejus advéntum, purificátis tibi méntibus servíre mereámur. Qui tecum.

*Memoria beate*[8] *Marie ut supra.* 20.

## ℂ *Ad Matutinas.*

AS:23; 1519:24v; 1531:13r.[9]

Invit. IV.i.  1155.

REx nos-ter * advé- ni- et Christus. †Quem Jo-



hánnes pre-di-cá- vit Agnum es-se ven- tú- rum.



*Ps.* Ve-ní- te. 12*.

*Hymnus, antiphone, psalmi et versus*[10] *ut in j. dominica adventus.* 41.

*Lectio j. Legenda* 7. *Lect. legatur per adventum. Esaie* 5. [: 11–14.][11]

VE qui consúrgitis mane ad ebrietátem sectándam : et potándum usque ad vésperam ut vino estuétis. Cýthara et lira et týmpanum et týbia et vinum in convíviis vestris : et opus Dómini non respícitis, nec ópera mánuum ejus considerátis. Proptérea captívus ductus est pópulus meus quia non hábuit sciéntiam : et nóbiles ejus interiérunt fame : et multitúdo ejus siti exáruit. Proptérea dilatávit inférnus ánimam suam, et apéruit os suum absque ullo término : et descéndent fortes ejus, et pópulus ejus, et sublímes gloriósque ejus ad eum. Hec dicit Dóminus.

AS:23; 1519:24v; 1531:13r.[12]

1. Resp. IV.  7031.

HIe-rú-sa-lem * ci-to vé- ni- et sa-lus

7031a.




*Lectio secunda.* *[Esaie 5. : 15–17.]*

ET incurvábitur homo et humiliábitur vir : et óculi sublímium depriméntur. Et exaltábitur Dóminus exercítuum in judício : et Deus Sanctus sanctificábitur in justícia. Et pascéntur agni juxta órdinem suum : et desérta in ubertátem versa ádvene cómedent. Hec dicit Dóminus.

AS:23; 1519:25r; 1531:13r.[13]

2. Resp.
V.

6585.




6585b.

*Lectio iij.* *[Esaie* 5. : 18–20.*]*

VE qui tráhitis iniquitátem in funículis vanitátis : et quasi vínculum plaustri peccátum. Qui dícitis Festínet et cito véniat opus ejus ut videámus : et appròpiet et véniat consílium sancti Israel : et

sciémus illud. Ve qui dícitis bonum malum et malum bonum : ponéntes ténebras lucem et lucem ténebras, ponéntes amárum in dulce, et dulce in amárum. Hec dicit [Dóminus].

AS:23; 1519:25r; 1531:13r.[14]

6290. 3. Resp. I.




6290b.

℣. Glória Patri. (XX.) †Et áuferet.

*In ij. nocturno fiant medie lectiones de sermone beati Maximi episcopi.*[15]

*Lectio iiij.* (*Ambrose. sermone* 29.)

SUperióre Domínica capítulum evangélicum disseréntes, quandam partem[16] ex illo perstrínximus : súperest ut sequéntia decurrámus. Descrípsimus enim quid esset quod ait Dóminus, In illa nocte erunt duo in lecto uno : et réliqua. Nunc ergo videámus quod relíquum est. Dicit enim eádem divína senténtia. Erunt due moléntes in pistríno : una assu-

métur et una relinquétur. Primum ígitur considerándum est : quómodo constet moléntis offícium : deínde que sunt due que mólere dicúntur, tértio quid pistrínum sit, quisve molitiónis efféctus. Nulli dúbium est quod mólere non áliter constat : nisi duóbus lapídibus apparátis et conveniéntibus sibi, ut álteri ex his magnitúdo altérius imponátur, et illum quidem lápidem qui prior solo stérnitur esse pigrum et tardum et pene (ut ita díxerim) otiósum, ac nisi superióris participatióne lápidis onerarétur, fórsitan necessárius non viderétur : ita dum ille operátur, étiam iste útilis invenítur. Ille autem,
[13v.] id est supérior lapis, tanta velocitáte óperis circumfértur : ut fallens óculos, in ipsa celeritáte stare credátur, et putétur immóbilis esse dum currat. Qui quanto violéntius actus fúerit : tanto opus perféctius consummátur. Ita ergo prior lapis stat et jacet[17] : et pene nichil prodest. Ille vero alter, que inferúntur cuncta súscipit, que véniunt univérsa compléctitur : et per cavérnulas quasdam utérque quod operétur acquírit. Qui molit autem hoc habére vidétur offícii : ut pervígili cura granórum asperitáte confrácta, ex íntimis eórum occultísque viscéribus similáginem medullámque prodúcat : et sórdium levitáte discússa, in apértum profert omne quod purum est, ex quo mundíssimum panem confíciens grátiam Dómini consequátur. Tu autem Dómine [miserére nostri].

AS:24; 1519:25v; 1531:13v.[18]

4. Resp.
V.




6613.



6613b.




*Lectio quinta.*

HOs ígitur duos moláres lápides, duo arbítror esse[19] testaménta : hoc est legem Móysi et evangélium Dómini. Que ita sunt dispósita vel paráta ut sibi testaméntum utrúmque convéniat : sicut ait Salvátor, Non veni legem sólvere : sed adimplére. Et ad vicem molárum áliud prius solo pósitum, áliud ínsuper collocátum : hoc est, legem primum homínibus constitútam : deínde ad perféctum Evangélium. Que lex velut inferióris mole saxum ita erat pigra et tarda et pénitus ociósa : ut quicquid operándo accéperat, id omne perdíderit, dicénte de Judéis prophéta, Omnes declinavérunt simul inútiles facti sunt : non est qui fáciat bonum non est usque ad unum. Ergo nisi evangélium superpósitum fuísset : adhuc lex velúti tarda et gravis jáceret in terra Judáica et unívs províncie cooperirétur angústiis. Nisi evangélium in quam[20] datum esset : lex necessária omníno non esset. Hoc autem lex operabátur sine evangélio : quod uno saxo fíeri potest. Confríngere póterat non prodésse, sicut ait beátus apóstolus, Lex autem iram operátur : grátiam vero non prestat. Tu autem Dómine miserére [nostri].

AS:24; 1519:25v; 1531:13v.[21]

5. Resp. VIII.

7760.




7760b.

*Lectio sexta.*[22]

Stante ergo lege, evangélium datum est : quod véteri superpósitum testaménto utrúmque condécorat, ac tanta velocitáte óperis circumfértur, ut volubilitáte sui séculum omne circúmeat. Hoc est

inférna vísitet, celéstia pénetret, et[23] terréna collústret. Quod evangélium tanquam supérior mola, cunctos credéntes súscipit, omnes adveniéntes áccipit, et velúti per quasdam cavérnulas preceptórum ad interióra transmíttit : ut ibi hincinde duórum testamentórum salutáribus mandátis, gentilitátis asperitáte mólita : prodúcat omne quod purum est. Quam similitúdinem testamentórum Ezechiélem prophétam arbítror perstrinxísse : cum dicit rotam in médio rote esse connéxam. Harum ígitur molárum operatióne, id est novi ac véteris testaménti hoc agit sancta ecclésia cura pervígili, ut peccatórum asperitáte discússa, ex occúltis cogitatiónibus medúllam mundi cordis elíciat : et celéstibus mandátis mandáta[24] ex íntimis spiritália aliménta prodúcat, de quibus aliméntis Paulus apóstolus ait, Lac vobis potum dedi : non escam. Et íterum, Perfectórum autem hóminum[25] est sólida esca : qui propter hábitum, sensus exercitátos habent. Et réliqua. Ac spíritum nostrum omni humanitáte purífícans velut similáginem Deo offérre conténdit : sicut David sanctus ait, Sacrifícium Deo spíritus contribulátus. Tanta autem velocitáte circumfértur evan-gélium : ut non nisi sapiéntes cursum ejus intélligant. Quem beátus Paulus intélligens ait, ut sermo Dei currat et clarificétur in nobis. Tu autem Dómine.

AS:24; 1519:26r; 1531:13v.[26]

7033. 6. Resp. VIII.






7033b.

☙ *In tertio nocturno evangelium secundum Lucam xxj.* [: 25].

[14r.]



IN illo témpore, Dixit Jesus discípulis suis. Erunt signa in sole et luna et stellis, et in terris pressúra géntium pre confusióne sónitus maris et flúctuum : arescéntibus homínibus pre timóre et expectatióne que supervénient univérso orbi. Et réliqua.

*Omelia* I. *beati Gregorii pape.*
*Lectio vij.*[27]

Dóminus ac Redémptor [28] noster, pará-tos nos invenire desíderans, senescéntem mundum que mala sequántur denúnciat : ut nos ab ejus amóre compéscat. Appropinquántem ejus términum, quante percussiónes pre-véniant innotéscit. Ut si Deum me-túere in tranquillitáte nólumus : saltem vicínum ejus judícium vel percussiónibus, attríti timeámus. Huic étenim lectióni sancti evangélii quam modo vestra fratérnitas audívit : paulo

supérius Dóminus premísit dicens, Exúrget gens contra gentem, et regnum advérsus regnum : et erunt terremótus magni per loca, et pestiléntie et fames. Et quibúsdam interpósitis : hoc quod modo audístis adjúnxit. Erunt signa in sole et luna et stellis : et in terris pressúra géntium, pre confusióne sónitus maris et flúctuum. Tu [autem].

AS:25; 1519:26v; 1531:14r.[29]

6629. 7. Resp. III.




6639b.









*Lectio octava.*[30]

EX his profécto ómnibus ália jam facta cérnimus : ália in próximo ventúra formidámus. Nam gentem super gentem exúrgere, earúmque pressúram terris insístere : plus jam in nostris tribulatiónibus cérnimus, quam in codícibus légimus. Quod terremótus urbes innúmeras súbruat : ex áliis mundi pártibus scitis quam frequénter inde audívimus. Pestiléntias : sine cessatióne pátimur. Signa vero in sole et luna et stellis adhuc apérte mínime vidémus : sed quia [et][31] hec non longe sint : ex ipsa jam áeris immutatióne collígimus. Quamvis priúsquam Itália gentíli gládio feriénda traderétur, ígneas in celo ácies vídimus : ipsúmque qui post [que][32] ea fusus est humáni géneris sánguinem coruscántem. Confúsio autem maris et flúctuum : necdum nova est exórta. Sed cum multa jam prenunciáta compléta sint : dúbium non est quin sequántur étiam pauca que restant, quia sequéntium rerum certitúdo : est preteritárum exhibítio.

AS:25; 1519:26v; SB:1531:14r.[33]

8. Resp. II.

 6481.




6481b.




*Lectio nona.*[34]

HEc nos fratres [caríssimi][35] idcírco díximus, ut ad cautéle stúdium vestre mentes evígilent, ne securitáte tórpeant, ne ignorántia languéscant : sed semper eas et timor sollícitet : et in bono ópere sollicitúdo confírmet. Pensántes hoc quod Redemptóris nostri voce subjúngitur. Arescéntibus homínibus pre timóre et expectatióne que supervénient univérso orbi. Nam virtútes celórum movebúntur. Quid enim Dóminus virtútes celórum nisi angelos, archángelos, thronos, dominatiónes, principátus et potestátes appéllat ? Que in advéntu distrícti júdicis, nostris tunc óculis visibíliter apparébunt : ut distrícte tunc a nobis éxigant, hoc quod nos modo invisíbilis cónditor equanímiter portat. Ubi et súbditur, Et tunc vidébunt fílium hóminis veniéntem in núbibus : in potestáte magna et majestáte. Ac si apérte dicerétur, In potestáte et majestáte visúri sunt, quem in humilitáte pósitum audíre noluérunt : ut virtútem ejus tanto tunc distríctius séntiant : quanto nunc cervícem cordis ad ejus patiéntiam non inclínant. Tu [autem].

AS:26; 1519:27r; 1531:14r.

7547. 9. Resp. IV.






*℟. feriale.*

AS:pl.f.; 1519:27r; 1531:14rx.





†Ecce. ℣. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-



tu- i Sanc- to. †Ecce.

*[Ante Laudes.]*

*Versus.* Emítte Agnum Dómine. 65.

## ℭ *In Laudibus.*

AS:26; 1519:27v; 1531:14r.

1. Ant. I.v.



2515. E C-ce in nú-bi-bus * ce-li Dómi-nus vé-ni- et cum



po-testá-te magna al-le- lú-ya. *Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [49].

AS:26; 1519:27v; 1531:14r.[36]

2. Ant. VII.iv.



5281. V Rbs * forti-tú-di-nis nostre Sy-on Salvá-tor



poné-tur in e- a mu-rus et antemu-rá-le : a-pe-rí-te portas



qui- a no-bíscum De- us al-le-lú-ya. *Ps.* Jubiláte. (*xcix.*) [50]. *[14v.]*

AS:26; 1519:27v; 1531:14v.

3. Ant. VII.i.



E C-ce appa-ré- bit * Dómi-nus et non menti- é-tur : 2492.



si mo-ram fé-ce-rit expécta e-um qui- a vé-ni- et et



non tardá-bit al-le-lú-ya. *Ps.* Deus Deus meus. (*lxii.*) [51].

AS:26; 1519:28r; 1531:14v.[37]

4. Ant. I.i.



M Ontes et col-les * cantá-bunt co-ram De-o laudem, 3805.



et ómni- a ligna silvá-rum plaudent má-ni-bus : quó-ni- am



vé-ni- et Dómi-nus domi-ná-tor in regnum e-térnum al-le-



lú-ya al-le-lú-ya. *Ps.* Benedícite. (*Daniel. iij.*) [52].

AS:26; 1519:28r; 1531:14v.[38]

5. Ant.
III.iv.



2508. EC-ce Dómi-nus noster * cum virtú-te vé-ni-et, ut



il-lúmi-net ó-cu-los servó-rum su-ó-rum al-le-lú-ya.



*Ps.* Laudáte Dóminum. (*cxlviij.*) *[&c.]* [5□].

*Capitulum. Rom.* 15. [: 4.]

QUecúnque [enim][39] scripta sunt ad nostram doctrínam scripta sunt : ut per patiéntiam et consolatiónem scriptuárum, spem habeámus.

*Hymnus.* Vox clara ecce íntonat. 68.
℣. Vox clamántis in desérto. 69.

AS:26; 1519:28r; 1531:14v.[40]

Ant.
VIII.i.



5064. SUper só- li- um * Da- vid et su-per regnum e-jus



se-dé-bit in e-térnum al-le-lú-ya. *Ps.* Benedíctus. 60*.

*Oratio.* Excita Dómine corda. 142.
*Memoria de sancta Maria ut supra.* 70.

## ℭ *Ad j.*

*Ant.* Ecce in núbibus. 156.
*Ps.* Deus Deus meus réspice. (*xxj.*) [93].

## ℭ *Ad iij.*

*Ant.* Urbs fortitúdinis. 156.
*Ps.* Legem pone. (*cxviij. iij.*) [131].
*Capitulum.* Quecúnque [enim][41] scripta sunt. *ut supra.* 158.
*℟. et ℣. sicut in prima dominica adventus Domini ad omnes horas dicuntur.* 81.

## ℭ *Ad sextam.*

*Ant.* Ecce apparébit Dóminus. 157.
*Ps.* Defécit. (*cxviij. vj.*) [141].

*Capitulum.* [*Rom.* 15. : 5-6.]

DEus autem patiéntie et solátii det vobis idípsum sápere in alterútrum secúndum Jesum Christum : ut unánimes uno ore honorificétis Deum et Patrem Dómini nostri Jesu Christi. [℟. Deo grátias.][42]

## ℭ *Ad ix.*

*Ant.* Ecce Dóminus. 158.
*Ps.* Mirabília. (*cxviij. ix.*) [150].

*Capitulum.* [*Rom.* 15. : 13.]

DEus autem spei répleat vos omni gáudio et pace in credéndo : ut abundétis in spe et virtúte Spíritus Sancti.

## ℭ *Ad [ij.][43] vesperas.*

*Ant.* Sede a dextris. [306].
*Ps.* Dixit Dóminus. (*cix.*) *[&c.]* [306].

*Capitulum.* Quecúnque [enim][44] scripta sunt. *[ut supra.]* 153.

℟. Tu exúrgens. 87.

*Hymnus.* Cónditor alme. 13.

℣. Roráte [celi désuper.

℟. Et pluant justum, aperiátur terra et gérminet salvatórem.][45]

AS:27; 1519:28v; 1531:14v.[46]

1565. Ant. VIII.i.




*Ps.* Magníficat. 61*.

*Oratio.* Excita Dómine corda. 142.

## *Memoria de sancta Maria.*

*Ant.* Ne tímeas. 88.

*Cum vero fuerint vespere de aliquo sancto vel commemoratio hac die : tunc ad memoriam de sancta Maria dicatur hec antiphona* Ave María. 20.

¶ *Quotidie per ebdomadam quando de feria hec agitur dicantur ℣. et ℟. per*[47] *ordinem nocturnorum dominicalis historie, ita tamen quod Responsoria ferialia non omittantur.*[48]

# ℂ *Feria ij.*

## *Ad matutinas.*

*Lectio j. Esaie* 5. [: 21–23.] *Legenda* 8.

VE qui sapiéntes estis in óculis vestris : et coram vobismetípsis prudéntes. Ve qui poténtes estis ad bibéndum vinum : et viri fortes ad miscéndam ebrietátem. Qui justificátis ímpium pro munéribus : et justíciam justi aufértis ab eo. Hec dicit.

*Lectio ij. [Esaie* 5. : 24, 25.*]*

PRopter hoc sicut dévorat stípulam lingua ignis, et calor flamme exúrit : sic radix eórum quasi favílla erit : et germen eórum ut pulvis ascéndet. Abjecérunt enim legem Dómini exercítuum : et elóquium sancti Israel blasphemavérunt. Ideo irátus est furor Dómini in pópulo suo : et exténdit manum suam super eum, et percússit eum. Et conturbáti sunt montes, et facta sunt morticína eórum : quasi stercus in médio plateárum. In ómnibus his non est avérsus furor ejus : sed adhuc manus ejus exténta. Hec dicit [Dóminus].

*Lectio tertia. [Esaie* 5. : 26–30.*]*

ET elevábit Dóminus signum in natiónibus procul : et sibilábit ad eum de fínibus terre. Et ecce festínus velóciter véniet : et non est[49] defíciens neque labórans in eo. Non dormitábit neque dórmiet : neque solvétur cíngulum renum ejus : neque rumpétur corrígia calciaménti ejus. Sagítte ejus acúte : et omnes arcus ejus exténti. Ungule equórum ejus ut silex : et rote ejus quasi ímpetus tempestátis. Rugítus ejus ut leónis, rúgiet ut cátuli leónum : et frendet et tenébit predam et amplexábitur, et non erit qui éruat. Et sonábit super eum in die illa sicut sónitus maris. Aspiciémus in terram et ecce ténebre tribulatiónis : et lux obtenebráta est in calígine ejus. Hec dicit.

## *[In laudibus.]*

AS:27; 1519:28v; 1531:14v.[50]

2104. Ant. VII.i.



DE ce-lo vé-ni- et * domi-ná-tor Dómi-nus : et in



ma-nu e-jus honor et impé-ri- um. *Ps.* Benedíctus. 58*.

## ℂ *Ad vesperas.*

AS:27; 1519:28v; 1531:14v.[51]

2542. Ant. IV.v.



EC-ce rex ve-nit * Dómi-nus terre : et ipse áufe-ret



ju-gum capti-vi-tá-tis nostre. *Ps.* Magníficat. 53*.

# ℂ *Feria iij.*

## *[Ad matutinas.]*

*Lectio prima. Esaie* 6. [: 1–3.] *Legenda* 9.

IN anno quo mórtuus est rex Ozias vidi Dóminum sedéntem super sólium excélsum et elevátum : et ea que sub ipso erant replébant templum. Séraphin stabant super illud : sex ale uni, et sex ale álteri. Duábus velábant fáciem ejus : et duábus velábant pedes ejus, et duábus volábant. Et clamábant alter ad álterum : et dicébant, Sanctus, sanctus, sanctus Dóminus Deus exercítuum : plena est omnis terra glória ejus. Hec.

*Lectio ij.* [*Esaie* 6. : 4, 5.]

ET commóta sunt superliminária cárdinum a voce clamántis : et [15r.] domus impléta est fumo. Et dixi, Ve michi quia tácui, quia vir pollútus lábiis ego sum, et in médio pópuli pollúta lábia habéntis ego hábito : et regem Dóminum exercítuum vidi óculis meis. Hec.

*Lectio iij.* [*Esaie* 6. : 6, 7.]

ET volávit ad me unus de séraphin, et in manu ejus cálculus quem fórcipe túlerat de altári : et tetígit os meum et dixit, Ecce tetígit[52] hoc lábia tua, et auferétur iníquitas tua et peccátum tuum mundábitur. Hec dicit.

## [*In Laudibus.*]

AS:27; 1519:28v; 1531:15r.

Ant. IV.v. 5065.




## ❡ *Ad Vesperas.*

AS:27; 1519:29r; 1531:15r.[53]

Ant. V.i. 5506.



# ℭ *Feria iiij.*

## *[Ad matutinas.]*

*Lectio j. Esaie* 6. [: 8, 9.] *Legenda* 10.

ET audívi vocem Dómini dicéntis, Quem mittam, et quis ibit ex nobis ?[54] Et dixi, Ecce ego : mitte me. Et dixit, Vade : et dices pópulo huic, Audíte audiéntes, et nolíte intellígere : et vidéte visiónem, et nolíte cognóscere. Hec dicit.

*Lectio ij. [Esaie* 6. : 10–13.*]*

EXcéca cor pópuli hujus, et aures ejus ággrava, et óculos ejus claude : ne forte vídeat óculis suis et áuribus suis áudiat : et corde suo intélligat et convertátur et sanem eum. Et dixi, Usquequo Dómine ? Et dixit, Donec desoléntur civitátes absque habitatóre et domus sine hómine : et terra derelinquétur [55] desérta. Et longe fáciet Dóminus hómines : et multiplicábitur que derelícta fúerat in médio terre, et adhuc in ea decimátio. Et convertétur, et erit in ostensiónem sicut therebíntus : et sicut quercus que expándit ramos suos. Semen sanctum erit id quod stéterit in ea.

*Lectio iij. Esaie* 7. [: 1, 2.]

ET factum est in diébus Achaz fílii Jóathan, fílii Ozie regis Juda : ascéndit Rasin rex Sýrie, et Phácee fílius Romélie rex Israel in Hierúsalem ad preliándum contra eam : et non potuérunt debelláre eam. Et nuntiavérunt dómui David : dicéntes, Requiévit Sýria super Effraim. Et commótum est cor ejus et cor pópuli ejus : sicut movéntur ligna silvárum a fácie venti. Hec dicit.

## *[In laudibus.]*

AS:28; 1519:29r; 1531:15r.[56]

2525. Ant. VIII.i.



EC-ce mitto * án-ge-lum me- um : qui pre-pa-rá-bit



vi- am tu- am ante fá-ci- em tu- am. *Ps.* Benedíctus. 60*.

## ℭ *Ad vesperas.*

AS:28; 1519:29r; 1531:15r.[57]

Ant. IV.viii.



SY-on reno-vá-be-ris, * et vi-dé-bis justum tu- um 4970.



qui ventú-rus est in te. *Ps.* Magníficat. 53*.

# ℭ *Feria quinta.*

## *[Ad matutinas.]*

*Lectio prima. Esaie* 7. [: 3–6.] *Legenda* 11.

ET dixit Dóminus ad Esáiam, Egrédere in occúrsum Achaz tu et qui derelíctus est Jasub fílius tuus, ad extrémum aquedúctus piscíne superióris in via Agri fullónis : et dices ad eum, Vide ut síleas. Noli timére : et cor tuum ne formídet a duábus caudis titiónum fumigántium istórum in ira furóris Rasin regis Sýrie et fílii Romélie : eo quod consílium iníerit contra te Sýria in malum et Effraim et fílius Romélie dicéntes, Ascendámus ad Judam et suscitémus eum, et avellámus eum ad nos : et ponámus regem in médio ejus fílium Thábeel. Hec dicit.

*Lectio ij. [Esaie* 7. : 7–9.*]*

HEc dicit Dóminus Deus, Non stabit et non erit istud : sed caput Sýrie Damáscus, et caput Damásci Rasin. Et adhuc sexagínta et quinque anni : et désinet Effraim esse pópulus, et caput Effraim Samária : et

caput Samárie fílius Romélie. Si non credidéritis : non permanébitis. Hec dicit Dóminus.

*Lectio tertia.* [*Esaie* 7. : 10–16.]

ET adjécit Dóminus loqui ad Achaz dicens, Pete tibi signum Dómino Deo tuo in profúndum inférni : sive in excélsum supra. Et dixit Achaz, Non petam : et non tentábo Dóminum. Et dixit, Audíte ergo domus David. Nunquid parum vobis est moléstos esse homínibus, quia molésti estis et Deo meo ? Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum. Ecce virgo concípiet et páriet fílium : et vocábitur nomen ejus Emmánuel. Butýrum et mel cómedet : ut sciat reprobáre malum et elígere bonum. Quia ántequam sciat puer reprobáre malum et elígere bonum : derelinquétur terra quam tu detestáris a fácie duórum regum suórum. Hec.

## *[In laudibus.]*

AS:28; 1519:29r; 1531:15r.

Ant. VIII.i.

5209. 





## ℭ *Ad vesperas.*

AS:28; 1519:29r; 1531:15r[58]

Ant. IV.v.

4493. 




# ℂ *Feria vj.*

## *[Ad matutinas.]*

*Lectio prima. Esaie* 7. [: 17–19.] *Legenda* 12.

ADdúcet Dóminus super te et super pópulum tuum et super domum patris tui, dies : qui non venérunt a diébus separatiónis Effraim a Juda cum rege Assyriórum. Et erit in die illa sibilábit Dóminus musce que est in extrémo flúminum Egýpti : et api que est in terra Assur : et vénient et requiéscent omnes in torréntibus *[15v.]* vállium et in cavérnis petrárum, et in ómnibus frutéctis et in univérsis foramínibus. Hec dicit.

*Lectio secunda.* *[Esaie* 7. : 20–22.*]*

IN die illa radet Dóminus in novácula condúcta in his qui trans flumen sunt in rege Assiriórum : caput et pilos pedum et barbam univérsam. Et erit in die illa nútriet homo vaccam boum et duas oves : et pre ubertáte lactis cómedet butýrum. Butýrum enim et mel manducábit omnis qui relíctus fúerit in médio terre.

*Lectio iij.* *[Esaie* 7. : 23–25.*]*

ET erit in die illa, Omnis locus ubi fúerint mille vites, mille argénteis et in spinas et in vepres erunt. Cum sagíttis et arcu ingrediéntur illuc. Vepres enim et spine erunt in univérsa terra : et omnes montes qui in sárculo sarriéntur. Non véniet illuc terror spinárum et véprium : et erit in páscua[59] bovis, et in conculcatiónem pécoris. Hec dicit.

## *[In laudibus.]*

AS:29; 1519:29r; 1531:15v.[60]

2204. Ant. I.iii.



OI-ci-te * pu-sil-lá-nimes, Confor-tá-mi-ni : ec-ce



Dómi-nus De- us noster vé-ni- et. *Ps.* Benedíctus. 46*.

## ◖ *Ad vesperas.*

AS:29; 1519:29v; 1531:15v.[61]

1763. Ant. VII.i.



CAntá-te Dómi-no * cánti-cum no-vum : laus e-jus ab



extrémis terre. *Ps.* Magníficat. 59*.

# Sabbato.

## [In laudibus.]

AS:29; 1519:29v; 1531:15v.

Ant. I.v.



LE-vá-bit * Dómi-nus signum in na-ti- ó-ni-bus : 3607.



et congre-gá-bit dispérsos Isra- el. *Ps.* Benedíctus. 46*.

℣. Vox clamantis. 69.

*Oratio ut supra.* 142.

*[Hoc sabbato fiet servicium de sancta Maria ut in precedenti sabbato si poterit propter predicta impedimenta et tunc precedens antiphona dicatur ad memoriam.]*[62]

## Notes, pages 137-169.

[1] 1519:2r.
[2] SB:lxxix.
[3] SB:lxxix.
[4] 1519:2v.
[5] SB:lxxix.
[6] 'Quodcunque festum in ii. Dominica, iii. vel iv. Adventus Domini contigerit, differatur in crastinum. Nisi sit festum Dedicationis vel Festum Loci. Ista duo festa non debent differri nisi quando contingunt in prima Dominica Adventus, vel in Dominica in Passione Domini et Palmarum, et Dominica in Albis, vel in Dominica S. Trinitatis, vel in Dominica Reliquiarum.' *Crede Michi,* 1495. [SB:lxxxi. fn.]
[7] 1519:24r. sets 'super' A.C.
[8] '*de sancta*', 1519:24r.
[9] 1519:24v. sets 'Christus' G.FCED and sets 'predicávit' FE.FG.FCED.FDEFE.
[10] '*versiculi sicut*', 1519:24v.
[11] 1519:24v. indicates '*Lectio prim*a : Et incurvábitur homo.' [Esaie 5 : 15].
[12] 1519:24v. sets 'Hierúsalem' thus:




In 1519:24v. 'Conciliárius' is set F.GAGAB≅.A.AB≅.A.A; 'te noli' is set AGFFDG AGAB≅G.F. AS:23. sets 'meróre' EF.GAG.AB≅A.
1519:24v. sets 'liberábo te, noli timére' thus:




In SB:lxxxii. the ℣. ends incorrectly 'ego sum Dóminus.'
[13] 1519:25r. sets 'cum' thus:




1519:25r. sets 'erit' DCDEFG.F. AS:23. uses B≅ at 'Dóminus in etérnum'. In AS:23. the first neume of 'impérium' is missing. In SB:lxxxiii. and 1531:13r. the ℣. has 'in virtúte'.
[14] AS:23. has no flats until 'áuferet'. 1519:25r. has no flat at 'áuferet'. In AS:23. the final note of 'Hierúsalem' is D.
[15] Maximi Homilia secunda de eodem Adventu pp. 193, 194. [SB:lxxxiv.]
[16] SB:lxxxiv. has 'partem quandam'.

[17] SB:lxxxiv. has 'stat, jacet'.

[18] In 1519:25v. 'Corónam' is set C.DCDEFG.F; 'in cápite' begins in the same way: C DCDEFGEFD, and includes B≅ throughout. AS:24. sets 'terrárum' thus:




1531:13v. has 'Ecce Dóminus véniet . . . cápite ejus.'

[19] SB:lxxxv. has 'esse arbítror'.

[20] SB:lxxxv. has 'Evangélium, inquam,'.

[21] In 1519:25v. 'consolátur' is set G.G.A.G; 'consolábor' is set G.G.A.G. In AS:24. 'in' of 'in Hierúsalem' is simply G.

[22] *[Maximi homil. ut supra.* p. 194.*]* [SB:lxxxvi.]

[23] SB:lxxxvi. omits 'et'.

[24] 'múndata', SB:lxxxvi.

[25] SB:lxxxvi. omits 'hóminum'.

[26] In AS:24 'Surge' begins with a virga, G. AS:24 has 'plantábo'.

[27] In Evangelia, Lib. 1. Homil. 1. Greg. *Op. Tom.* I. col. 1436. § 1. [SB:lxxxvii.]

[28] 'Salvátor', 1519:26v.

[29] 1519:26v. has no flats before 'oriéntem', but has flats from 'redemptiónis Jude' through 'véniet'. In 1519:26v. 'Samária ad portam' is set thus:




In AS:25. 'preparábitur' is set thus:




[30] Gregor. ubi s. § 1. [SB:lxxxviii.]

[31] SB:lxxxviii.

[32] SB:lxxxviii.

[33] In 1519:26v. 'verbum' is set AGG.FG; 'et ad' is set D D.

[34] Gregor. 1. 1. ut sup. § 2. [SB:lxxxviii.]

[35] SB:lxxxix.

[36] AS:26. appears to have a flat before 'Salvátor'.

[37] In 1519:28r. 'quóniam' is set F.GA.A.

[38] AS:26. has the following:



servó-rum su-ó-rum

[39] While 'enim' appears in the *Vulgate* and in 1531:14v, it is missing in 1519:28r. and in the cues for Terce and Vespers in both 1531 and 1519.

[40] 1519:28r. has the following:



Da-vid

[41] 'enim' does not appear in 1531:14v. or in 1519:28r, but it is in the *Vulgate*.

[42] 1519:28r.

[43] 1519:28v.

[44] 'enim' does not appear in 1531:14v. or in 1519:28v, but it is in the *Vulgate*.

[45] 1519:28v.

[46] SB:xci. has 'quóniam perficiéntur'.

[47] '*secundum*', 1519:28v.

[48] 'ita tamen quod ℟. ferialia erit iij. quando Responsoria de tertio nocturno dicentur : sit tot ferie vacaverint : sin autem fit in secundo nocturno, vel in primo.' 1519:28v, US-II:25.

[49] '. . . véniet. Non est . . . ', SB:xcii.

[50] In 1519:28v. 'dominátor' is set E.C.D.CB.

[51] 1531:14v. has 'Ecce véniet dominátor terre'.

[52] 1531:15r. has 'tetígi'.

[53] In 1519:29r. 'Dómini' is set A.G.F.

[54] 1531:15r. has 'vobis'.

[55] 'relinquétur', SB:xciv.

[56] AS:28. has 'viam ante fáciem tuam'. AS:28. indicates Tone VII.i.

[57] In 1519:29r. 'vidébis' is set D.C.B; 'ventúrus' is set G.A.B≅.

[58] In 1519:29r. 'non sum' is set C B.

[59] 'páscuam', 1531:15v.

[60] AS:29. sets this melody a fifth higher, in the C-clef; 'pusillánimes' is set E.D.E.D.BC; 'ecce' is set DD.B. SB:xcvi. has 'Dóminus Deus vester'.

[61] In AS:29. 'novum' is set D.C. SB:xcvii. has 'in extrémis'.

[62] US-II:25.